

Cesare si accinge ad assediare Alesia •••

complementi di luogo, tempo, fine - pronomi riflessivi, relativi - proposizioni causali, relative, infinitive - ablativi assoluti - voci passive, deponenti

Alesia è la cittadella in cui si rifugiò Vercingetorige nell'ultimo atto della sua ribellione contro i Romani. Cesare la prese dopo un durissimo assedio.

Fugato omni Gallorum equitatu, Vercingetorix copias reduxit protinusque Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere coepit celeriterque impedimenta e castris educi et se subsequi iussit. Caesar, impedimentis in proximum collem deductis, duabus legionibus praesidio relictis, secutus quantum diei tempus est passum (*lo permise*), circiter tribus milibus hostium ex novissimo agmine interfectis, altero die apud Alesiam castra posuit. Perspecto urbis situ perterritisque hostibus, quod equitatus eorum, cui (*in cui*) maxime confidebant (*avevano fiducia*), pulsus erat, Caesar, cohortatus ad laborem milites, urbem circumvallare instituit.

| L'ultimo re di Roma •••

complementi predicativi, partitivi, di luogo, tempo, mezzo, compagnia, causa - pronomi riflessivi, determinativi, relativi - proposizioni narrative, temporali, relative - ablativi assoluti - voci passive

Tarquinio il Superbo fu cacciato da Roma perché suo figlio aveva attentato all'onore di Lucrezia, moglie di Collatino.

Lucius Tarquinius, qui Superbus appellatus est, septimus atque ultimus regum fuit. Ardeam, civitatem in octavo decimo miliario ab urbe Roma positam, oppugnans, imperium perdidit. Nam, cum filius eius, Tarquinius Iunior, nobilissimam feminam Lucretiam et pudicissimam, Collatini uxorem, iniuria affecisset, ea ob iniuriam in omnium conspectu se occidit. Tunc Collatinus, vir eius, populo concitato, Tarquinio admitt imperium. Mox exercitus quoque, qui civitatem Ardeam cum rege oppugnabat, Tarquinium deseruit, qui, cum Romam redisset, portis clausis, exclusus est et cum coniuge et liberis suis profugit, postquam regnaverat annos quattuor et viginti.

Un popolo barbaro e disorganizzato •••

complementi partitivi, di luogo, modo, tempo, causa, causa efficiente, allontanamento, unione - pronomi determinativi, interrogativi, relativi, indefiniti - proposizioni interrogative indirette, relative, consecutive - voci passive, deponenti

Gli Unni non hanno alcuna organizzazione e neppure case, ma vivono su carri, spostandosi continuamente. Non hanno alcun senso morale o religioso e obbediscono solo all'istinto, come gli animali.

Nemo apud Unnos arat nec stivam aratri unquam tangit. Omnes enim sine sedibus fixis, sine ulla lege, sine ullo victu stabili dispalantur, semper fugientibus similes, cum carpentis in quibus habitant. In pace longe omnium barbarorum fallacissimi sunt, ad omnem auram novae spei mobiles, furori suo semper obtemperantes. Inconsultorum animalium ritu quid honestum in honestumque sit penitus ignorant, nec ullius religionis reverentia tenentur. Auri autem cupidine immensa flagrant atque adeo permutabiles et iracundi sunt ut eodem die a sociis sine ulla causa saepe desciscant et statim ad amicitiam redeant.

da Ammiano Marcellino

Medea uccide i suoi figli •••

complementi predicativi, di luogo, modo, compagnia, origine - pronomi riflessivi, determinativi, relativi - proposizioni narrative, finali, temporali, volitive, relative - voci passive

Medea, furiosa per la gelosia, fa bruciare Giasone, che l'ha abbandonata per sposare un'altra donna, poi uccide anche i suoi figlioli.

Medea, Aeetae filia, Iasoni, qui eam ex Colchide secum duxerat, nupsit (*andò sposa*) et duos filios ex eo genuit, Mermerum et Pheretem. Cum duo coniuges summa concordia Corinthi viverent, rex illius urbis Creon Iasoni imperavit ut uxorem dimitteret, qui advena esset et benefica existimaretur. Cui Iaso oboedire coactus est et filiam Creontis Glaucom in matrimonium ducere. Tunc Medea, quae maga erat, coronam venenatam fecit, quam filiis commisit ut novercae darent. Quam ut accepit Glauces, statim cum Iasone et Creonte conflagravit. Medea autem, cum regiam conflagrantem vidisset, natos suos et Iasonis interfecit et a Corintho profugit.

da Igino